Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720860-p0001-6

Bél 81
71

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720860-p0002-2

# VIRO
# NOBILISSIMO EXPERIENTISSIMO
# DOCTISSIMOQVE
# DOMINO
# SAMVELI
# CSERNANSKY,

RAIECZINO-TRENSCHINIENSI HVNGARO

SVMMOS

# IN ARTE SALVTARI HONORES

IV. NON. SEPT. A. R. S. MDCCXLII

IN ALMA HALLENSIVM ACADEMIA

BONIS AVSPICIIS COLLATOS

GRATVLANTVR

## CIVES HVNGARI.

---

VITEMBERGAE STANNO BOSSOEGELIANO.

# VIRO
## NOBILISSIMO EXPERIENTISSIMO DOCTISSIMOQVE
# DOMINO
# SAMVELI CSERNANSKY,
RAIECZINO-TRENSCHINIENSI HVNGARO
SVMMOS
## IN ARTE SALVTARI HONORES
IV. NON. SEPT. A. R. S. MDCCXLII
## IN ALMA HALLENSIVM ACADEMIA
BONIS AVSPICIIS COLLATOS
GRATVLANTVR
## CIVES HVNGARI.

---

VITEMBERGAE STANNO BOSSOEGELIANO.

27

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720860-p0004-3

* * * * * *

Stat ſua praeclaris Studiis certiſſima virtus,
Durat et ingenuis artibus omnis honos.
Huc animis opus eſt, ſtabili qui robore ſepti,
Perficiant coeptae fortiter artis opus.
Exulet hinc languor, procul hinc ſit blanda voluptas,
Non niſi certanti, pulchra corona datur.
Iuverit exemplum noſtris adiungere dictis,
Quod praebet virtus, ſuauis Amice Tva.
Fervet opus clarum, quod Apolline Praeſide tractas
Ecquis adhuc potuit Te ſuperare labor?
Dulce fuit ſemper Tibi noſſe Machaonis artes,
Hinc quoque iam facti meta laboris adeſt.
En Tibi pro meritis, iam praemia mittit Apollo,
Iam Salve nomen Doctor adepte novum!

IOANNES PALTSEK, Thurocz. SS. Th. C.

Exitus acta probat, tituli comitantur Honorum,
Doctos labores, atque ſudorem grauem.
Egregias artes, curam viresque medendi
Hygea magnis tollit Alma laudibus,
Et patriae gnatum reddit grauitate politum,
Summisque Doctorum coruſcam inſignibus.
Hac praeda patrios Vir Docte, reuiſe penates,
Onuſtus, et fructus laborum ſuſcipe.
Sic Tva Pannonii feliciter acta probabunt,
Fugietque morborum cohors, et Febrium.

IO. GEORGIVS LANG, Eperienſ.
*Philol. et Philoſ. C. h. t. Cib. Pann. Bibliothecar.*

Iſta quidem nouitas eſt, ac mutatio rerum,
TV nouus, ut video, prorſus Amice redis.
Hic Te Doctorem colit, alter præſtat honorem
Dulci concentu, carmine, voce, nouum.
Summus Apollo Tibi Summos decernit Honores,
Fronde Tvvm viridi cingit Amice caput.
Hoc Decus, hanc palmam meruit Tva maſcula virtus,
Conueniens honor eſt, talibus iſte Viris.
Par iam virtuti, voueo, fortuna ſequatur,
Altius illa breui promoueatque Gradum.

PAVLLVS PARVI, Szakoltza-Nitrien. SS. Th. St.

Ex alta virtus mortalia deſpicit arce,
Fluxaque Fortunae, ſpernit vbique bona.
Indiga nullius, ſua munera ſpargit in omnes,
Ingenuas artes, qui coluere bene:
Te quoque Poeoniis Sacris Muſisque vacantem,
Artis Apollineae, mactat honore graui.
Quod Decus excelſum toto Tibi pectore grator,
Vtque mei ſemper ſis memor ipſe precor.

GEORGIVS SCHVHAJDA, Caſtrif. SS. Th. C.

Quod per ſeptenos annos in Saxonis oris,
Quaerebas, Hallis attulit una dies.
Hanc Tibi lucentem grator nunc ſuauis Amice,
Detque Tibi Dominus, proſpera cuncta precor.

SAMVEL LAVRO, Neogr. *Philol. et Philoſ. C.*

Dignus es, vt ſummas monumenta inſignia laudis,
Tempore tam longo doctis nutritus Athenis,
Hoc ſemper ſolers, hoc indefeſſus agebas,
Vt poſſes Famae palmam laurumque mereri.
Promeritos Tibi nunc Doctoris grator Honores,
Pannoniae genti mox commoda mille daturo.

SAMVEL INSTITORIS, Solienſ. AA. LL. C.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720860-p0005-9

* * * * * *

Stat ſua praeclaris Studiis certiſſima virtus,
 Durat et ingenuis artibus omnis honos.
Huc animis opus eſt, ſtabili qui robore ſepti,
 Perficiant coeptae fortiter artis opus.
Exulet hinc languor, procul hinc ſit blanda voluptas,
 Non niſi certanti, pulchra corona datur.
Iuverit exemplum noſtris adiungere dictis,
 Quod praebet virtus, ſuauis Amice TVA.
Fervet opus clarum, quod Apolline Praeſide tractas
 Ecquis adhuc potuit TE ſuperare labor?
Dulce fuit ſemper TIBI noſſe Machaonis artes,
 Hinc quoque iam facti meta laboris adeſt.
En TIBI pro meritis, iam praemia mittit Apollo,
 Iam Salve nomen DOCTOR adepte novum!

IOANNES PALTSEK, Thurocz. SS. Th. C.

Exitus acta probat, tituli comitantur Honorum,
 Doctos labores, atque ſudorem grauem.
Egregias artes, curam viresque medendi
 Hygea magnis tollit Alma laudibus,
Et patriae gnatum reddit grauitate politum,
 Summisque Doctorum coruſcam inſignibus.
Hac praeda patrios VIR DOCTE, reuiſe penates,
 Onuſtus, et fructus laborum ſuſcipe.
Sic TVA Pannonii feliciter acta probabunt,
 Fugietque morborum cohors, et Febrium.

IO. GEORGIVS LANG, Eperienſ.
*Philol. et Philoſ. C. h. t. Cib. Pann. Bibliothecar.*

Iſta quidem nouitas eſt, ac mutatio rerum,
 TV nouus, ut video, prorſus AMICE redis.
Hic TE DOCTOREM colit, alter præſtat honorem
 Dulci concentu, carmine, voce, nouum.
Summus Apollo TIBI Summos decernit Honores,
 Fronde TVVM viridi cingit AMICE caput.
Hoc Decus, hanc palmam meruit TVA maſcula virtus,
 Conueniens honor eſt, talibus iſte VIRIS.
Par iam virtuti, voueo, fortuna ſequatur,
 Altius illa breui promoueatque Gradum.

PAVLLVS PARVI, Szakoltza-Nitrien. SS. Th. St.

Ex alta virtus mortalia deſpicit arce,
 Fluxaque Fortunae, ſpernit vbique bona.
Indiga nullius, ſua munera ſpargit in omnes,
 Ingenuas artes, qui coluere bene:
TE quoque Poeoniis Sacris Muſisque vacantem,
 Artis Apollineae, mactat honore graui.
Quod Decus excelſum toto TIBI pectore grator,
 Vtque mei ſemper ſis memor ipſe precor.

GEORGIVS SCHVHAJDA, Caſtrif. SS. Th. C.

Quod per ſeptenos annos in Saxonis oris,
 Quaerebas, HALLIS attulit una dies.
Hanc TIBI lucentem grator nunc ſuauis AMICE,
 Detque TIBI Dominus, proſpera cuncta precor.

SAMVEL LAVRO, Neogr. *Philol. et Philoſ. C.*

Dignus es, vt ſummas monumenta inſignia laudis,
 Tempore tam longo doctis nutritus Athenis,
Hoc ſemper ſolers, hoc indefeſſus agebas,
Vt poſſes Famae palmam laurumque mereri.

Illum Doctorem Medicinae, en Hala creauit,
Lipsia quem doctum, quem Viteberga dedit.
Noſſe cupis quis ſit? SAMVEL CSERNANSKIVS, ille
Eſt Medicus Doctor, talia namque labor
Longus et aſſiduus Studiorum praemia poſcit,
Doctrinaque graues, talia Signa decent.
Huic ego nunc Summos Medicorum grator Honores
Et Patriae fructus, quos dabit arte ſua.

SAMVEL MIXADT, Neogr. SS.Th.C.

Quas natura mihi fundauit pectore leges,
Officium grauiter praeteriiſſe vetant.
Scilicet ille animus, quo Te redamare ſolebam,
Mvnera, queis fulges, concelebrare iubet.
Ergo, viue diu, Svmmo redimitus Honore,
Vt referas ſtudiis præmia digna Tvis.
Et cum verba dabis noſtratibus vltima Muſis,
Tum Tibi dicemus: Sanus' abito Domum.

IACOBVS MOKOSCHINI, Honth.
*SS. Theol. et Phil. C.*

Per patriam Raiecz, iunctum me iunxit amicum,
Hicce Helicon, docto, dulcis Amice Tibi.
Triſtor, quod iunctum mittas patriam repetendo:
Spero, animo iunctus quod mihi ſemper eris.
Virtus et ars praeſtans Summos Tibi iunxit Honores;
Tunc liceat votis iungere vota mea:
TV Medicis doctis iunctus, cum ſanguine iunctis,
Iungaris felix, arteque ſis celebris.

PHILIPPVS IACOBVS CZABKAI,
*Cibinio - Saaroſienſ.*

Ipſa ſibi ſemper virtus pulcerrima merces
Exſtitit: ac Svmmos decernere ſueuit Honores.
Hos quia CSERNANSKI Doctiſſime iure capeſſis,
Gratulor, auſpice Te nam Panno commoda mille
Sentiet, et vero didiciſti gnauiter artem
Phoebeam, quae Te reddet mihi crede beatum.
I modo Pannonici viſurus littora Vagi,
Vive diu felix! MATTHIAS HOLKIVS, optat Ocht.Gömör.
*SS. Theol. et Phil. C.*

Summum, ſola, locum multis fortuna parauit,
TV virtute paras auxiliante Decvs.
Hunc tandem fructum, tanti meruere labores,
Hunc Tibi collatum, laetor Amice Gradvm.
Sed Patriam repetis, triſti me linquis in orbe,
Si ſecus haec nequeant eſſe, ferenda puto.
Viue per in numeros SAMVEL feliciter annos,
Viue diu Patriae, viue memorque mei.

IOANNES IACOBAEI, Modra-Poſonienſ.
*SS. Theol. C.*

Dignus eras virtute Tva Doctoris Honores,
Ferre prius, quam Te Pannonis ora tenet,
CSERNANSKI Doctor patrias remeabis ad vrbes
Aegris expertus, pharmaca mille dabis,

Artis Apollineae CSERNANSKY iunxit Honores,
Nil homines inter, iam tua monſtra valent.

ANDREAS SZTEHLO, Slana Gömör. SS.Th.C.

* * *

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720860-p0007-0

Illum Doctorem Medicinae, en Hala creauit,
Lipsia quem doctum, quem Viteberga dedit.
Noſſe cupis quis ſit? SAMVEL CSERNANSKIVS, ille
Eſt Medicus Doctor, talia namque labor
Longus et aſſiduus Studiorum praemia poſcit,
Doctrinaque graues, talia Signa decent.
Huic ego nunc Summos Medicorum grator Honores
Et Patriae fructus, quos dabit arte ſua.

SAMVEL MIXADT, Neogr. SS.Th.C.

Quas natura mihi fundauit pectore leges,
Officium grauiter praeteriiſſe vetant.
Scilicet ille animus, quo Te redamare ſolebam,
Mvnera, queis fulges, concelebrare iubet.
Ergo, viue diu, Svmmo redimitus Honore,
Vt referas ſtudiis præmia digna Tvis.
Et cum verba dabis noſtratibus vltima Muſis,
Tum Tibi dicemus: Sanus abito Domum.

IACOBVS MOKOSCHINI, Honth.
*SS. Theol. et Phil. C.*

Per patriam Raiecz, iunctum me iunxit amicum,
Hicce Helicon, docto, dulcis Amice Tibi.
Triſtor, quod iunctum mittas patriam repetendo:
Spero, animo iunctus quod mihi ſemper eris.
Virtus et ars praeſtans Summos Tibi iunxit Honores;
Tunc liceat votis iungere vota mea:
TV Medicis doctis iunctus, cum ſanguine iunctis,
Iungaris felix, arteque ſis celebris.

PHILIPPVS IACOBVS CZABKAI,
*Cibinio - Saaroſienſ.*

Ipſa ſibi ſemper virtus pulcerrima merces
Exſtitit: ac Svmmos decernere ſueuit Honores.
Hos quia CSERNANSKI Doctiſſime iure capeſſis,
Gratulor, auſpice Te nam Panno commoda mille
Sentiet, et vero didiciſti gnauiter artem
Phoebeam, quae Te reddet mihi crede beatum.
I modo Pannonici viſurus littora Vagi,
Vive diu felix! MATTHIAS HOLKIVS, optat Ocht.Gömör.
*SS. Theol. et Phil. C.*

Summum, ſola, locum multis fortuna parauit,
TV virtute paras auxiliante Decvs.
Hunc tandem fructum, tanti meruere labores,
Hunc Tibi collatum, laetor Amice Gradvm.
Sed Patriam repetis, triſti me linquis in orbe,
Si ſecus haec nequeant eſſe, ferenda puto.
Viue per in numeros SAMVEL feliciter annos,
Viue diu Patriae, viue memorque mei.

IOANNES IACOBAEI, Modra-Poſonienſ.
*SS. Theol. C.*

Dignus eras virtute Tva Doctoris Honores,
Ferre prius, quam Te Pannonis ora tenet,
CSERNANSKI Doctor patrias remeabis ad vrbes
Aegris expertus, pharmaca mille dabis,
I felix! multoque Tvi potiare laboris,
Fructu. Viue diu, viue meique memor.

IOSEPHVS HREBENDA, Cſerencſino-Hont.
*SS. Theol. et Phil. C.*

Confiſus Domino, nunquam confuſus abibit,
Saepe probos, humiles, tollit ad alta Devs.
Hoc Tv propitio Vir Docte capeſſis Honores,
Virtutisque capis proemia iuſta Tvae.
Gratulor ergo Tibi, fundens e pectore vota,
Te Devs vt multa proſperitate beet.

DAVID FABRICZIVS, Scepuſienſ. SS.Th.C.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720860-p0008-5

Lipsia Te primum, mox Vittemberga fouebat,
Doctoris tandem contulit Hala Gradum.
Hos Tibi collatos Doctor noue laetor Honores,
Quos virtus, pietas, ars Tibi docta dedit.
Sic decoratus abi, Patriae fer commoda mille,
Noxia corporibus, perge fugare mala.

ADAMVS GANAY, Gömör. AA.LL. C.

Auf Fleiß und Arbeit folgt der Lohn,
Wie Dein gelehrtes Beyſpiel zeiget,
DU biſt der Weißheit ächter Sohn,
Der itzt auf ſolche Staffeln ſteiget,
Da Dich kein eitler Ruhm verklärt,
Da man Dir Preiß u. Ruhm gewehrt.
Vor Dein ſo groß und gründlich Wiſſen,
So daß das frohe Vaterland
Mit froher Bruſt, und froher Hand
Dich zu erheben iſt beflißen.
Drum da Dein Fuß aus Sachſen geht,
Soll Dich der treue Wunſch begleiten:
Du müſſeſt ſtets zu allen Zeiten,
An Kunſt und Weißheit ſeyn erhöht.

IACOBVS LANY, Keſmark. Scepuſ. SS. Th. C.

Non Lyſippis eget CSERNANSKY ſculpere coelis,
Aut etiam docti Zeuxidis arte, manu.
Ipſe ſibi Studiis, genio, virtute, coloſſum
Finxit, quem tempus Secula nulla ruent,
Attamen accipias CSERNANSKY carmina, vota,
Queis ſtatuunt cives, mille tropaea Tibi.
His repetas Patriam ſaluus Doctiſſime Fautor,
Optimus ipſe Tibi Ioua Patronus erit.

MICHAEL CICATRICIS, Trenſch. SS. LL. C.

Candida vita Tvam CSERNANSKY dirigit artem,
Quis Medico potuit, Te meliore frui?
O utinam porro poſſemus adire medentem!
Vires nam cunctis reddere pronus eras,
Sed noua vota valent, patrias reuocaris ad oras,
Ingenii dederas munera pulchra Tvi.
Ergo, Pannoniam repetas feliciter, ac ſis
AEternum Patriae, lausque, Decusque Tvae.

SAMVEL IVANKA, Thurocz. SS. Th. C.

Excelſae mentes, quas gloria ducit ad aſtra,
Diuerſis ſtudiis praemia magna petunt.
Hippodames malis, Accides ipſe natatu,
Atque Pelops curru, parta brabaea ferunt.
TV non Heſperidum pomis, non amne ſubacto,
Neue rota volucri, laurea ſerta capis.
Hos Tibi Phoebeos, queis nunc decoraris Honores,
Artis Apollineae conciliauit opus.
Rumpo moras, Pyladique meo, ceu fidus Oreſtes,
Applaudo: Superet Poeona laude ſua.

IOANNES HOLLECZI, Trenſch. SS. Th. et Ph. C.

Si Tibi Parthorum Solium fortuna dediſſet,
Nunquam nobilior ſors Tva, crede, foret.
Te Phoebus maior fortuna, culmine celſo,
Euehit et pariter, mactat honore graui.
Nunc tutus poteris fortunae temnere fluxa,
Munera, cum teneas, his potiora bona.
Haec Tibi cum plauſu grator, Numenque Supremum,
Vt videas felix, patria tecta, precor.

DANIEL VIHELYI, Neoſol-Solienſ. Iur. Vtr. et Phil. C.

Viderat Hungarico capiti Doctoris Honores
Decerni, et Muſas, nectere ſerta, manu,
Pluton: Proinde caput quaſſans ſic ore tonabat:
Praecipiti lapſu, vah mea regua cadunt!
Cui ridens Phoebus: quid tu improbe vertice nutas?
Nil Alecto tibi, nilue Megaera poteſt,
Artis Apollineae CSERNANSKY ſumſit Honores,
Nil homines inter, iam tua monſtra valent.

ANDREAS SZTEHLO, Slana Gömör. SS. Th. C.

* * *

LIPSIA TE primum, mox VITTEMBERGA fouebat,
DOCTORIS tandem contulit HALA Gradum.
Hos TIBI collatos DOCTOR noue laetor HONORES,
Quos virtus, pietas, ars TIBI docta dedit.
Sic decoratus abi, Patriae fer commoda mille,
Noxia corporibus, perge fugare mala.

ADAMVS GANAY, Gömör. AA.LL. C.

Auf Fleiß und Arbeit folgt der Lohn,
Wie Dein gelehrtes Beyſpiel zeiget,
DU biſt der Weißheit ächter Sohn,
Der itzt auf ſolche Staffeln ſteiget,
Da Dich kein eitler Ruhm verklärt,
Da man Dir Preiß u. Ruhm gewehrt.
Vor Dein ſo groß und gründlich Wiſſen,
So daß das frohe Vaterland
Mit froher Bruſt, und froher Hand
Dich zu erheben iſt befließen.
Drum da Dein Fuß aus Sachſen geht,
Soll Dich der treue Wunſch begleiten:
Du müſſeſt ſtets zu allen Zeiten,
An Kunſt und Weißheit ſeyn erhöht.

IACOBVS LANY, Kesmark. Scepuſ. SS. Th. C.

Non Lyſippis eget CSERNANSKY ſculpere coelis,
Aut etiam docti Zeuxidis arte, manu.
Ipſe ſibi Studiis, genio, virtute, coloſſum
Finxit, quem tempus Secula nulla ruent,
Attamen accipias CSERNANSKY carmina, vota,
Queis ſtatuuut cives, mille tropaea TIBI.
His repetas Patriam ſaluus Doctiſſime Fautor,
Optimus ipſe TIBI Ioua Patronus erit.

MICHAEL CICATRICIS, Trenſch. SS. LL. C.

Candida vita TVAM CSERNANSKY dirigit artem,
Quis Medico potuit, TE meliore frui?
O utinam porro poſſemus adire medentem!
Vires nam cunctis reddere pronus eras,
Sed noua vota valent, patrias reuocaris ad oras,
Ingenii dederas munera pulchra TVI.
Ergo, Pannoniam repetas feliciter, ac ſis
AEternum Patriae, lausque, Decusque TVAE.

SAMVEL IVANKA, Thurocz. SS. Th. C.

Excelſae mentes, quas gloria ducit ad aſtra,
Diuerſis ſtudiis praemia magna petunt.
Hippodames malis, Accides ipſe natatu,
Atque Pelops curru, parta brabaea ferunt.
TV non Heſperidum pomis, non amne ſubacto,
Neue rota volucri, laurea ſerta capis.
Hos TIBI Phoebeos, queis nunc decoraris Honores,
Artis Apollineae conciliauit opus.
Rumpo moras, Pyladique meo, ceu fidus Oreſtes,
Applaudo: Superet Poeona laude ſua.

IOANNES HOLLECZI, Trenſch. SS. Th. et Ph. C.

Si TIBI Parthorum Solium fortuna dediſſet,
Nunquam nobilior ſors TVA, crede, foret.
TE Phoebus maior fortuna, culmine celſo,
Euehit et pariter, mactat honore graui.
Nunc tutus poteris fortunae temnere fluxa,
Munera, cum teneas, his potiora bona.
Haec TIBI cum plauſu grator, Numenque Supremum,
Vt videas felix, patria tecta, precor.

DANIEL VIHELYI, Neoſol-Solienſ. Iur. Vtr. et Phil. C.

Viderat Hungarico capiti DOCTORIS HONORES
Decerni, et Muſas, nectere ſerta, manu,
Pluton: Proinde caput quaſſans ſic ore tonabat:
Praecipiti lapſu, vah mea regua cadunt!
Cui ridens Phoebus: quid tu improbe vertice nutas?
Nil Alecto tibi, nilue Megaera poteſt,

Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle 3
006 310 079

40 17
40 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720860-p0011-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720860-p0012-7

# VIRO
## NOBILISSIMO EXPERIENTISSIMO
## DOCTISSIMOQVE
# DOMINO
# SAMVELI
# CSERNANSKY,
RAIECZINO-TRENSCHINIENSI HVNGARO

SVMMOS

## IN ARTE SALVTARI HONORES

IV. NON. SEPT. A. R. S. MDCCXLII

## IN ALMA HALLENSIVM ACADEMIA

BONIS AVSPICIIS COLLATOS

GRATVLANTVR

## CIVES HVNGARI.

---

VITEMBERGAE STANNO BOSSOEGELIANO.

Promeritos TIBI nunc DOCTORIS grator HONORES,
Pannoniae genti mox commoda mille daturo.
SAMVEL INSTITORIS, Soliens. AA.LL.C.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720860-p0013-3